

Dissertatio medica inauguralis, De arthritide : quam annuente summo numine ... / eruditorum examini subjicit Carolus Scudamore.

Contributors

Scudamore, Charles, 1779-1849.
Society of Apothecaries, London (Former owner)
Scudamore, Charles, 1779-1849 (Inscriber)
Royal College of Physicians of London

Publication/Creation

Glasguae : Excudebat Andreas Duncan, 1814.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/cey27w8h>

Provider

Royal College of Physicians

License and attribution

This material has been provided by Royal College of Physicians, London. The original may be consulted at Royal College of Physicians, London. where the originals may be consulted.
This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

— Rident lot
Bridge Street
Berkfor.




Society of Apothecaries.

PRESENTED BY

— Ridout Esq =

52180

HEBERDEN
SOCIETY
LIBRARY



To — Ridout Esq;
or
With the Author's
best Compt.

DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

DE

ARTHRITIDE.

DISSERTATIO MEDICA

INQUADRATIS

DE

ARTHRITIDE.

DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

DE ARTHRITIDE;

QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

Ex Auctoritate Reverendi Admodum Viri,

GULIELMI TAYLOR, S. S. T. P.

ACADEMIÆ GLASGUENSIS PRÆFECTI;

NECNON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET

NOBILISSIMÆ FACULTATIS MEDICÆ DECRETO;

PRO GRADU DOCTORIS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT

CAROLUS SCUDAMORE,

ANGLUS,

SOCIET. REG. MED. EDIN. SOC.

Die xxix Aprilis, hora locoque solitis.

Principiis obsta; sero medicina paratur,

Cum mala per longas invaluere moras.

Ovid.

GLASGUÆ:

EXCUDEBAT ANDREAS DUNCAN,

Academiæ Typographus.

~~~~~  
1814.



GULIELMO BABINGTON, M. D. F.R.S.

MEDICINÆ ET CHYMLÆ

IN NOSOCOMIO GUYENSI,

PRÆLECTORI,

NUPERQUE MEDICO SENIORI ILLIUS INSTITUTIONIS:

CUM ARTIS SUÆ, TUM SCIENTIÆ UNIVERSÆ,

ORNAMENTO ILLUSTRI;

OB AMICITIAM, ET OFFICIA BENIGNA,

PER PLURIMOS ANNOS

COLLATA;

HANC DISSERTATIONEM INAUGURALEM,

ANIMO GRATO PIOQUE,

D. D. D.

CAROLUS SCUDAMORE.

CULTURE BANCINGTON, M.D., F.R.C.P.

MEDICINE ET CHIRURGIE

LA SOCIOLOGIE CULTURELLE

HISTORIQUE

UNIVERSITY LIBRARIES SCIENTIFIC INFORMATION

CULTURE SUR LA SCIENCE UNIVERSITÉ

Digitized by the Internet Archive  
in 2016

BY THE INTERNET ARCHIVE

COLLECTED

AND DIGESTION IN INSTITUTIONS

ANALOG-OPTICAL BOOK

0.00

CAROLINE SCOTT-MORRIS

<https://archive.org/details/b2814868x>

THOMÆ BROWN, M. D. F. R. S. E.

PHILOSOPHIÆ MORALIS,

IN ACADEMIA EDINBURGENSI,

PROFESSORI;

QUI AD CATHEDRAM, DIU MAXIME INSIGNEM,

SUMMUM DECUS HONOREMQUE

ATTULIT;

OB OFFICIA NUNQUAM OBLIVISCENDA,

HASCE PAGINAS,

PIGNUS

FIDEI CONSTANTIS;

ALUMNUS ET AMICUS,

D. D. D.

CAROLUS SCUDAMORE.

Э. Л. М. БРОНФОНД

ПИЛОГОВЫЙ МОРСАЙ

ИЗ СОВРЕМЕННОЙ ФРАНЦУЗСКОЙ

ЛЮТЕРСКОЙ

ДЛЯ АКТЕРОВ И МАСКАРЕТОВ

СУВИНО ДАСС НОННЕНДЕ

ТРЕУТА

ВО ГЛАВЕ НАЧАЛА ОГЛАШЕНИЯ

ХУРС ПАГИНАС

ПРОГУС

НЕДА СОЛЯНАЯ

АРИАНГЕ ТАМОС

Л. Д. А.

СУВИНО СЕ СУДИМОН

## CORRIGENDA.

- P. 17. L. 15. *Arthritidem*, legitor *Arthritidi*.  
42. 21. *relativorum*, leg. *relativarum*.  
43. 10. *calciosa*, leg. *calculosa*.  
43. notâ, 1. *Barthollet*, leg. *Berthollet*.  
49. 2. *jucundo*, leg. *jucunde*.  
54. 10. *Anteferenda*, leg. *Anteferendum*.  
64. 6. *Si injuria externa causa*, leg. *Si injuria  
ab externa causa*.  
84. 2. *post it*, insere at.

*18. notâ, 4. medicina, leg. medicina.*

COLLECTOR'S

|                                |           |           |    |    |    |
|--------------------------------|-----------|-----------|----|----|----|
| Chlorite                       | yellow    | greenish  | 51 | 20 | 21 |
| Amethyst                       | purple    | purple    | 42 | 28 |    |
| Sphalerite                     | grey      | greenish  | 41 | 26 |    |
| Hematite                       | grey      | yellowish | 51 | 20 |    |
| Obsidian                       | grey      | black     | 2  | 28 |    |
| Amber                          | yellowish | yellowish | 41 | 26 |    |
| Quartz                         | grey      | yellowish | 3  | 20 |    |
| Average weight per<br>specimen |           |           | 2  | 13 |    |

DISSEXTA

DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS

DE

ARTHRITIDE.

---

In paginis subsequentibus, propositum est offerre *primo*, observationes quasdam in Nosologiam et Pathologiam Doctoris Culleni de Podagra; atque *secundo*, hujus morbi considerationem modo generali conari, quoisque termini propositi præsentis sinant.

Ad hoc argumentum adductus fui, tum occasionibus animadvertisendi, haud raro occurribus per plures annos;—tum etiam opinione, perpaucos esse morbos quorum elementa occultiora, \* quam sunt elementa Arthritidis, aut quorum tractatio pertinacior et instabilior,

\* Adhuc Democriti in puteo latet. Sydenh.

quamvis attentionem Medicorum a memoria antiquissima Medicinæ occupaverit;—nec non, spe me oblaturum aliquas considerationes, utiles, saltem ad stimulandum curiositatem laboresque aliorum, qui magis idonei sint ad hujusmodi opus.

Annorum paucorum recentium respectus, instabilitatem opinionis de ea satis monstrabit, et quantopere vera remedia desiderantur. Nunc existimata fuit inflammatio communis, ac morbus tantum localis,—nunc etiam magis modo empiricorum, et sine reflectione, per *Nostrum* insidiosum dimissa: dum impræsentiarum, inter plerosque fortasse, adhuc pannolaneo, patientiæque assignatur, secundum opiniones fotas pathologiæ humoralis. Inter eos qui nimii, et eos qui parci sunt, cursum meum tuto dirigere spero; ac expectabo, Veritatem, cuius auxilium in hac pervestigatione implico, almam ejus lucem haud prorsus denegaturam.

Doctor Cullenus, descriptionem generalem

atque varietates Podagræ, hoc modo depinxit.

“ *Podagra*.—Morbus hæreditarius, oriens  
“ sine causa externa evidente, sed præeunte  
“ plerumque ventriculi affectione insolita;  
“ pyrexia; dolor ad articulum, et plerumque  
“ pedis pollici, certe pedum et manuum junc-  
“ turis, potissimum infestus; per intervalla  
“ revertens, et sæpe cum ventriculi, vel alia-  
“ rum internarum partium affectionibus al-  
“ ternans.”

“ *Varietas 1ma*, *Podagra (regularis)* cum  
“ inflammatione artuum satis vehementi, per  
“ aliquot dies perstante, et paulatim \* cum  
“ tumore, pruritu, et desquamatione partis,  
“ recedente.”

“ *Var. 2da*, *Podagra (atonica)* cum ven-  
“ triculi vel alias partis internæ atonia, et  
“ vel sine expectata aut solita artuum in-

\* *Paulatim* cum ad *tumorem* applicetur, non veri sig-  
nificans est: quoniam ferme illico, et celeritate præcipua  
evenit.

“flammatione, vel cum doloribus artuum lenibus tantum et fugacibus, et cum dyspepsia vel aliis atoniæ symptomatibus, subito sæpe alternantibus.”

“Var. 3ta, Podagra (retrograda) cum inflammatione artuum subito recedente, et ventriculi vel alias partis internæ atonia mox insecura.”

“Var. 4ta, Podagra (aberrans) cum partis internæ inflammatione, vel non prægressa, vel prægressa, et subito recedente, inflammatione artuum.”

De his definitionibus, et aliquibus considerationum practicarum ex illis orientium, permissionem orabo, (motus interea maxima reverentia ad magnum nomen Culleni) ut diversitatem opinionis libere exprimam.

Quanquam Arthritis, sicut Rheumatismus, haud proxime et per necessitatem, a vicissitudine temperamenti exoriatur, tamen vis frigoris, præsertim humiditati conjuncta, utpote causa excitans, plane ab arthritico percipitur,

et non solum, ut ait Sydenhamus, “Januario exeunte, aut incipiente Februario,” at in quovis tempore anni,—quod cum cæteris Phlegmasiis congruit. Causa externa quoque valde perspicua est, cum luxatio, pressura localis, contusio, aut ulla injuria recepta, etiam in parte remota, (talis est delicata sentiendi teneritas, quæ systema pervadit) vel nimius nisus partium ambulando, saltando, aut equitando, sufficiat ad morbum producendum.

Homini quem nuper vidi, fortuita infractio unius cruris, arthritidem acerbam die sequenti, in altero produxit. Genu alias arthritici magnopere contusum, et musculi a casu distorti sunt; at præter inflammationem *communem*, nihil secutum est. Constat igitur, propensionem propriam ad arthriticam actionem in systemate (etiam arthritici) debere existere, simul cum injuria, ita ut morbus sequeretur,—et vero, hæc observatio ad quamlibet causarum excitantium, extendi potest.

Vocabulum “*alternans*,” si ad descriptio-  
nem *generalem* Arthritidis referatur, excepti-  
onibus valde obnoxium mihi videtur. Si  
inflammatio, sive actio præcipua alacris sit, et  
ad partes internas repente moveat, varietatem  
retrogradam Culleni constituit, neque voca-  
bulum “*alternans*” bene admittit, quod *per vi-  
ces crebras*, potius quam unam permutationem  
actionis, certe significat: et inflammationis  
talis vicissitudo, \* cum vitæ duratione haud  
congruere potest. Puto revera, ad eam spé-  
ciem Arthritidis quam *chronicam* dicam perti-  
nere; † in qua, inflammatio levis aberransque  
est, ac dolores cum multis internis sympathiis  
reciprocant.

Discrimina primaria Culleni de Podagra, in  
*regularem* et *irregularēm*, ut mihi videtur, non  
bene aptata sunt, et necessario ad confusio-  
nis multum, cum rudimentis, tum usu ducunt.

\* Hoc, ad retrocessionem inflammationis externæ al-  
ludo.

† Congruens *partim* quoque, cum “*varietate atonica*”  
Culleni.

Vocabulum *Regularis*, nimiam accurbationem indicat, et male convenit definitioni morbi, qui ex propria natura, magnam varietatem et in initio et progressu suo, assumit. Vocabulum *Irregularis*, iterum, multo magis culpæ objicitur. Applicatio ejus nimis ambigua et extensa est, atque tendit præterea, sicut “*Anomalous*” Musgravii, nos a distincta sententia et digestione abducere,—a clara comprehensione in principiis, et a rectis ideis in praxi.

Secundum ipsum Cullenum, in definitione Podagræ “*regularis*,” recognoscimus morbum a notis certis externis:—nonne igitur nos reprehensioni nominationis pravæ objicimus, si illud existere declaremus, cuius propria et recognita probatio deest?

Ille notat, Sec. 518. “ Whatever symptoms  
“ we can perceive to be connected with, or to  
“ depend upon the disposition which produ-  
“ ces the inflammatory affection of the joints,  
“ but without its taking place, or being pre-

" sent at the same time, we name the *Irregular Gout.*"

Haud ignarus sum Arthritidem morbum *compositum* esse, ex locali actione exterius constantem, a causis internis progrediente; et si revera ullum certum systematis statum monstrare possemus, utpote immutabilem circumstantiam, vel præcedentem vel comitantem actionem localem; in eventu talis conditionis systematis, etiam sine notis externis, *Irregularē* vel *Imperfectam* Arthritidem justissime appellaremus. At Arthritici immunitatē non habent ab aliis morbis; neque illæ diversæ sympathiæ nervosæ, quæ tam frequenter in illis occurrunt, ulla proprietates speciales habent, quoad licitum est nobis cognoscere. Exempli gratia,—estne, in multis casibus qui occurrunt, ullum essentiale discrimen inter præmonentia signa hæmorrhoidum periodicarum, vel Arthritidis? Applicatio verborum tam indefinitorum quam *Irregularis* et *Anomala*, vergit ad licentiam interminatam

vocandi omnem morbum, et omnem sympathiam morbidam Arthritici, Arthritidem *personatam.* \*

Non suscipio hoc argumentum, mere gratia disputandi. Nomen ad morbum designandum, simplex an ambiguus sit, tam facili inventu est, ut medicus difficultatem discriminis subtilioris libenter fugit. Tractationem fortasse agit ad aliquas opiniones præjudicatas de Arthritidis natura, et non per indicia, laboriosa ac fida investigatione, a vera cognitione anatomices physiologiæque deducta. Verbis aliis, morbum tractat pro eo quod non est, potiusquam eo quod est. Æger, commotus solum timoribus, figere Arthritidem *errantem* in extremitatibus percupit. Putat id efficere, vincendo oppressionem quam sentit, et debilitatem quam suspicatur, a stimulantibus cardiacis ciboque luxurioso,—in statu maximæ irritationis, ac fere ebrietatis, se tenendo. Cir-

\* Vide Musgravium particulatim, et Cullenum. “ Par. 518, 520, 521.”

culatio sic excitata, urgeri possit ad sese levandum, præsertim in eo genere inflammationis, ad quam propensio corporea tendit; et Arthritis auspicato occurrat, dum res ita geritur,—at interea apoplexis, vel quid malum *multo pejus* arthritide quæsita producatur,—debilitas obliqua, cum ægritudine organorum pepticorum, vel inducta vel aucta, minima consequentia erit expectanda.

Dyspepsiam, et ulla alias affectiones chronicas, vel etiam morbos acutos, modificationem \* alicujus momenti accipere posse, ab impulsu *temperationis Arthriticæ*, et opus esse aliqua apta modificatione curationis, libenter conceditur; at hæc concessio *generalis* potius quam definita est; etenim, tum dogmata, tum etiam praxis nostra, ad ingenium constitutionis præcipuæ semper referenda.

Quod attinet igitur ad morbum ullum (generaliter) simplicem vel abnormem, hominis

\* Ipse vidi multa exempla hujus rei, in compluribus Phlegmasiarum, vere explicata.

Arthritici, nomenclaturæ communi adhærescere vellem, (si nomen res ullius momenti sit) vim probabilem temperationis propriæ, rite æstimans.\*

Ex argumentis meis, “*Atonica varietas,*” (nullis signis extrinsecus sese offerentibus) ad Dyspepsiam revera pertinet, vel alias morbos internos, qui similiter ac commune eventum, Arthritico occurrant, in corpore toto, vel aliquo membro particulari, debilitato.

“*Varietas Retrograda,*” his contradictoribus, quas atonicæ attuli, non obnoxia est; quia hic, certum eventum sequitur a principio certo, ordine proximo. Inutile est forte, in administratione nostra, de identitate actionis interne occurrentis, disputare; † at non possum probare definitionem, “*Ventriculi vel alius partis externæ atonia mox inse-*

\* Puto hanc argumentationem recte applicare ad casum Doctoris Curry de ophthalmia, memoratum ab eo in modo tam notatione digno. Medico-Chir. Trans. vol. iii.

† Vide Kinglake et alios.

cuta," et positiones sequentes Culleni, Sec. 580, 581, 582.

Credo inflammationem quæ vitam velociter haurit, multo frequentius succedere, quam atoniam. In casu ex frigore aëreo, qui sub meum aspectum cecidit, enteritis, Arthriticæ actionis repulsioni successit, atque sanguinis detractionem promptissime et libere postulavit. *Plurimi* casus ab auctoribus memorati, in gangrena \* evidenter desiérunt.

Permagni interest, an consideremus symptomata pure spasmatica, vel ex inflammatione oborientia. *Vita* ægrotantis, ab hoc discrimine pendet. Haud inficiar, in hominibus debilitatis, ac præsertim cum circulatio per imbecilla sit, actionem localem ultro et re-

\* Vide Morgag. Ep. 57. " Rush's Inqu. and obser." vol. v. p. 153. et multos alias. In Musæo Huntero, præparatio est (N. 52.) Arthritici ventriculi sic descripta. — "A specimen of portion of the æsophagus and stomach of a person who died suddenly of the gout in his stomach. There was considerable inflammation, even in some places to the extravasation of blood."

pente subsidere posse, vel causis levibus reprimi, et persequi interna atonia et symptomatibus spasmodicis a Culleno descriptis,—at talis conclusio cautissime est formanda.

*Varietas quarta, "Aberrans"* nempe, super eodem vitioso fundamento quod antea monstravi, recumbit; parsque definitionis, ad actionem retrocedentem proxime memoratam pertinet, *hic tamen, quasi inflammatio sit, indubitanter expressam.*

Volo, contra, de hac positione novissima, pauca verba referre,—ordine morbi mutato.

In generali diathesi systematis cum inflammatione, interdum pars interna afficitur, *primo paulisper*; immo, quamvis diu maneat, simul ac subsidat, Arthritis succedit, totam proclivitatem ad inflammationem sibi attrahens. Memini casum levis pneumoniæ quæ Arthritidi acutæ post aliquot dies occurrenti, *statim succubuit.*

Morgagni memorat, \* seipsum perpessum ex ophthalmia in oculo utroque, sine auxilio

\* Epist. LVII. p. 221.

a remediis usitatis. Lenis podagra tandem pedi alteri occurrebat, proculdubio solicitata (quanquam non expectata, utpote prima aggressio) pediluvio et frictione. Addit, “ Oculorum inflammationem statim minuit, et diebus insequentibus sustulit.”

Quaelibet Phlegmasiarum accidere possunt modo solito, (et usitator res est, licet saeppe multum modicatae, ut supra notavi) sine ulla hujusmodi consequentia. Non possumus igitur *ab initio* affirmare, Arthritidem esse *ab errore locatam*; utcunque *in exitu* conclusionem referamus, atque existimare primitivum morbum, Arthriticum, esse optemus. Praxis non speculatione regenda, sed malo existenti accommodanda. Doctor Heberden notat,\* “ Longe perniciosius erit venam non incidere in morbo ex inflammatione, quam in Arthritide sanguinem detrahere.”

Arthritis periodica expectata, ab altero

\* In commentariis ejus. De Arthritide.

morbo aliquando suppletur; et etiam actio fontanellæ subinde hoc effecit,—præcipue, ut opinor, plethoram removendo. Vis actionis morbidæ in una parte, vel spontaneæ vel artificiosæ, ad aliam suspendendam aut alternandam, præsertim, si actio nova potentissima sit, haud *proprium* est Arthritidis. Exempla innumera,\* in illustrationem hujus positionis adduci possent. *Hunterus*, credo, primo demonstrabat, “The incompatibility of “ diseased actions with each other.” Fecit hoc egregie, quamvis argumenta sua paulum vero longius devexerit. Ad hunc modum, vesicatoria aliaque stimulantia applicamus, ut morbum ad superficiem externam producamus.

Cullenus, doctrinam materiæ morbificæ ut-pote causæ proximæ, usitata solertia judicio-que impugnavit: at ille ipse in pathologia se-quenti, satisfactionem non omnino præbet.

“ Par. 533. In some persons there is a cer-

\* Vide Doct. Ferriar “On the conversion of diseases” et appellationem ejus ad opiniones auctorum diversorum.

“ tain vigorous and plethoric state of the  
“ system, (496\*) which, at a certain period  
“ of life, is liable to a loss of tone in the ex-  
“ tremities (499\*, 506,\*). This is in some  
“ measure communicated to the whole sys-  
“ tem, but appears more especially in the  
“ functions of the stomach. (507\*) When this  
“ loss of tone occurs, while the energy of the  
“ brain still retains its vigor, the *vis medica-*  
“ *trix naturæ* is excited to restore the tone of  
“ the parts; and accomplishes it by exciting  
“ an inflammatory affection in some part of  
“ the extremities. When this has subsisted  
“ for some days, the tone of the extremities,  
“ and of the whole system, are restored;  
“ and the patient returns to his ordinary state  
“ of health. (511.\*)"

Hæc explicatio, in unaquaque parte, nimis  
indiget probatione. Quam numerosa sunt  
exempla, ægrotum esse exili corpore, tenella  
cute, habituque debili?—Morbum longe  
ante annum tricesimum quintum accidere? †

† Vide sectiones supra notatas.\*

et facere impetum repente, valetudine viribusque adhuc integris? Ubi igitur toni amissio in extremitatibus erat, cuius æger non conscious, atque cuius probatio primigenia nulla erat? Pictura variata auctoris miram seriem actionum exhibet, atque fere efficit, ut morbus nasci a robore perperam adhibito videretur! Proponit (contra suas sententias plerumque, ut opinor) atoniam, stomachique munera inordinata, circumstantiam *secundariam* formare.

A theoria antecedente, Cullenus omnes speculationes ejus practicas plane deduxit.

In persecutione incepti mei, pergo naturam, causas, rationemque medendi Arthritidem, distinctius perpendere; atque imprimis, digestionis causa, (simul conscious, me minime idoneum ad tale pensum) characteras morbi generales \* delineare conabor.

\* Exspes esset in nosologia invenire terminos aptos ad

Divisionem præfero in Acutam, Chronicam, \* et Retrogradam, ob causas jam memoratas.

*Acutam* usurpo, cum morbus ad crisim tendat; nam tametsi sæpe protrahatur, et ut notavit Sydenhamus, (p. 5. †) “ Ex serie horum “ paroxysmorum, constat paroxysmus qui “ dicitur Podagræ, diturnior breviorve, pro “ ægri ætate,” et addi potest, rebus relativis multis; semper exacerbatio remissioque symptomatum est, et terminationis spontaneæ potestas, cum aliquo testimonio judiciario de eventu.

explicandum omnes gradationes morbi, tam variabilis in sitibus causisque ejus, quam Arthritis est; et digestio haud complicata, fortasse ad omnes usus idoneos, apta erit.

\* *Doctor Latham*, in medecina celeberrimus, de denominatione communi varietatum Arthritidis loquens, putat,—“ They might be more properly distinguished, like “ Rheumatism, into the Acute and Chronic.” Letter on Rheumatism and Gout. p. 52.

† Edit. Amstelodami apud Henricum Westenium. 1683.

*Arthritis.* \*—Morbus systematis, actionem externam atque localem habens, de natura inflammationis specificæ;—fere hæreditarius;—per causas remotas varias inductus;—non ante pubertatis ætatem occurrens, et raro infra vigesimum quintum aut tricesimum annum;—præcipue in sexu virili sese ostendens;—aggressione prima, pedem unum solum, sub primum articulum pollicis pedis, plerumque invadens; at crescens in progressu, utrumque pedem, vel manum, vel artus largiores, vel alias texturas (præsertim ad motum pertinentes), diversas partes simul aut in continuacione, afficit.—Dyspepsia antecedente † vel comitante, cum magna sympathia nervosa.

\* Elegi hoc Vocabulum potius quam podagram, quæ, meo judicio, non satis in expressione extendit.

† Morbidæ sympatheticæ actiones varie referuntur, et frequenter sine ulla connexione obvia cum ea causa, qua sustinentur.

*Doctor Baillie* me certiorem fecit de homine, qui palpitationem cordis semestrem sine levamine tulit; cum aggressioni Arthritidis cederet.

Species 1ma. *Acuta*.—Inflammatio cum dolore, articularis vel musculosæ structuræ, plerumque solitaria;—venarum vicinarum turgescientia, horarum spatio viginti quatuor vel quadraginta octo, tumore œdematoso sequente;—Superficies rubicunda nitensque; actio facile situm ex causis levibus commutans;—durationis incertæ;—nunquam suppurrans, at vice resolutionis perfectæ, sœpenero (aut semper) vasa, modo peculiari, superuratum \* sodæ secernunt.—Synocha symptomatica, cum exacerbationibus vespertinis doloris febrisque, ac remissionibus matutinis.—Ad intervalla periodica proclivis reditu, plerumque vere atque autumno.

\* *Woolaston*, Phil. Trans. 1797. Part. II. “General views of the composition of animal fluids by Berzelius.” Medico-Chir. Trans. vol. iii. “Experimental inquiry into the nature of gouty and gravelly concretions, by Thomas Egan, M. D. F. R. S.” Nich. Journ. vol. xvi. p. 335.

Species 2da. *Chronica*.—Inflammatio ut et dolor, magis levis, transiens, ac errans;—non nulla tumefactio, atque multa teneritas partium, cum motu difficulti;—paululum ruboris;—sine febre, et non ad ullam crisim vergens; at plerumque, dyspepsiam duram, et præcedentem et comitantem, habens; cum circulazione languida, et multa nervosa debilitate.

*Retrocedens*,—Ex metastasi actionis arthriticæ in paroxysmo, ad aliquod organum internum, oritur.

#### ARTHRITIDIS ACUTÆ SYMPTOMATA.

*Præmonentia*.—Quanquam in casibus quibusdam, et præsertim in primo impetu, nulla ægritudo sensilis paroxysmum præcedat, tamen æger de adventu ejus, creberrime admonetur, a dyspepsia cum cardialgia, flatu, atque oppressione, et sensu frigoris dolorisque in epigastrii regione;—depressione animi, al-

gore insolito ac torpore extremitatum, cum punctionibus spasmisque fugacibus.

*Paroxysmus.*—Sydenhamus, hoc a natura in seipso tam *graphice* descriptsit, ut fere *totidem verbis*, egregiam ejus descriptionem ad usum meum usurpabo.

“ Sanus lecto somnoque committitur, hora  
“ vero secunda post medium noctem, excita-  
“ tur a dolore pollicem pedis, ut plurimum  
“ occupante, quandoque vero” *partes alias*.

“ Hic dolor eum refert qui ossium dicto-  
“ rum dislocationem comitatur, cum sensu  
“ quasi aquæ tantum non frigidæ partis affec-  
“ tæ membranis affusæ. Mox sequitur ri-  
“ gor cum horrore et febricitatione aliqua;  
“ dolor autem hic primo remissior gradatim  
“ intenditur, (et pari passu rigor atque hor-  
“ ror recedunt) idque in singulas horas, do-  
“ nec tandem sub noctem ad apicem perve-  
“ nerit, se ad varietatem ossiculorum tarsi  
“ et metatarsi, quorum ligamenta obsidet,

“ perbelle accomodans; nunc tensionem vio-  
“ lentam, vel ligamentorum istorum dilacera-  
“ tionem, nunc morsum canis rodentis, quan-  
“ doque pressuram et coarctionem expri-  
“ mens; ad hæc, ita vivum exquisitumque ha-  
“ bet sensum pars affecta, ut nec linteorum  
“ super-incubentium pondus, nec cubicu-  
“ li a fortiori ambulatione concussionem fere  
“ valeat. Atque hinc fit ut nox non tantum  
“ in cruciatu transigatur, sed etiam cum irre-  
“ quieta partis affectæ hac illa rotatione, et  
“ mutatione situs quasi perpetua. Neque  
“ minor est totius corporis jactatio incessans,  
“ quæ semper paroxysmum, maxime vero ac-  
“ cedentem, comitatur, quam torti membra  
“ agitatio et dolor. Hinc etiam mille cona-  
“ mina, situs tum ipsius corporis, tum mem-  
“ bri affecti mutatione assidua, doloris seda-  
“ tionem incassum exambiunt; quæ tamen  
“ non contingit ante horam secundam tertii-  
“ amve matutinam (decurso scilicet Nych-

“ themeri spatio a primo appulsu paroxysmi)  
“ quo tempore æger” “ subito a dolore re-  
“ spirat:” et “ jam leni madore perfusus, som-  
“ no concedit; a quo evigilans, dolore mul-  
“ tum imminuto, partem affectam tumore re-  
“ center occupatam cernit; cum solum  
“ antehac (quod in omnibus Podagricorum  
“ paroxysmis solenne est) insignior intumes-  
“ centia venarum membro vexato intertexta-  
“ rum, se in conspectum dederat.”

Duratio impetus (vel catenæ paroxysmu-  
lorum) incerta est, pendens ex numero, et  
textura earum partium quæ afficiantur, ir-  
regularitate symptomatum, gradu propensi-  
onis præviæ ægrotantis, intervallo præcedente,  
ætate, constitutione, multisque causis contin-  
gentibus.

“ Hoc tamen ubique servant, quod dolor  
“ noctu recrudescat, mane vero remittatur \*

\* Hoc verum est magna ex parte, at in casibus non-

“Appetitus prostratio, rigor totius corporis sub vesperam, partium etiam non affectarum gravitas et molesta sensatio intergrum paroxysmum comitantur.” “Urina coloratior est, quæ post separationem sedimentum rubrum et quasi arenulis refertum deponit; nec æger ut plurimum nisi tertiam potulentorum quæ assumpsit partem per vesicam reddit; Alvis item ad dictos primos fere dies constipata est.” “Recedenter paroxysmum excipit pedis affecti pruritus vix ferendus, maxime inter digitos, unde decidunt furfures, et pedes ipsi quasi ab epoto veneno desquamantur.”

Doctor Hamilton \* notat,—“A sweat begins to issue from the pores of the skin, and is accompanied with a very peculiar foetor.”

nullis, ut notat Heberden, “dolor interdiu quam nocturnus major est.”

\* “Letters on the Gout,” p. 86. et alibi.

Barthez \* memorat,—“ Cette sueur locale  
 “ est d’ une odeur forte, et teint quelquefois  
 “ l’ argent en couleur noire (Coste).” Hoc  
 tempore, urina uricum sedimentum deponit,  
 adacta abundantia, ac sensim integrum spe-  
 ciem quantitatemque acquirit.

“ Appetitus redeunt pro rata doloris quo  
 “ sæviebat paroxysmus nuper elapsus, et in  
 “ eadem proportione servata, vel acceleratur  
 “ vel differtur sequens paroxysmus. Nam  
 “ si hic ultimus ægrum pessime multaverit,  
 “ sequens paroxysmus non nisi anno ad idem  
 “ punctum revertente denuo accedet.”

#### SEQUELÆ FORTUITÆ.

*Arthritis Chronica.*—Concretiones vulgo  
 dictæ lapilli cretacei (“ Chalk stones” ) qui  
 in diversis sitibus, ab intimo cavo articuli ad

\* Des maladies gouttenses. Tom. i. p. 5.

cutem, occurunt. \*—Morbus organicus articularium, muscularium, aliarumve texturarum, cum functionibus proinde imminutis.

An arthritis, eodem modo ac rheumatismus, ad *fixum* morbum cordis unquam tendit? †

*CAUSÆ REMOTÆ, PRÆDISPONENTES ET  
EXCITANTES.*

Quanquam brevem considerationem harum causarum, per se, offeram; obvium est applicationem fortuitam cum impetu majori, ullius causarum prædisponentium, excitantem efficere posse; ac pro inclinatione systematis ad actionem Arthriticam, hoc occurret.

\* In Musæo Huntereo, variae præparationes ex partibus manus et pedis sunt, concretiones, et multiformes morbidas mutationes, ostendentes.

† Duo exempla distincta cordis morbidi, ut *consecutio* rheumatismi, nuper sub meos oculos ceciderunt. Fataliter desinebant, et inspectione facta, multum organicæ mutationis, in casu utroque, prospiciebatur. In casus hujusmodi, vide dissertationem excellentissimam Domini Dundas. Medico-Chir. Trans. vol. i. p. 37.

## CAUSÆ PRÆDISPONENTES.

*Dispositio hæreditaria.*—Hoc, licet a paucis negetur\*, atque a multis dubitetur, auctoritate tamen medicorum ab origine prima medicinæ sancitur, et ab usu nostro quotidiano confirmatur. Reor equidem, Arthritidem absque fundamine hæreditario *raro* occurrere; † attamen exceptiones sunt certæ. Morgagni ‡ in seipso memorat, et Heberden notat. “ Fœminam cognovi doloribus Arthriti-“ cis, necnon ulceribus cretam fundentibus,  
“ miserrime vexatam, quamquam ipsa ab om-

\* Vide Cadogan et alios.

† De hoc loquor, utpote significante similitudinem conformatio-  
nis, inter parentem infantemque, quamvis investigationi haud obvio.—Nam, quemadmodum functiones naturales corporis, ex structura particulari pendent, sic, opinor *necessario*, de *multis* actionibus morbidis, generis specifici.

‡ Epist. lvii. Art. 9.

“ ni intemperantia longe abhorret, et nemo  
“ propinquorum ex artibus laborasset.”

Ingenita adhærensque inclinatio constitutionis ad aliquem morbum præcipuum, observatione digna est. Qui valentem ac *nativam* propensionem ad Arthritidem habent, *morbis aliis* raro afficiuntur. Hominem quendam cognovi, qui per annos quadraginta vitæ suæ, non ab officina, *una vice*, abfuit, (quinq[ue] millia passuum a domicilio, et attentio nem ejus *quotidie* postulante) alicujus morbi alii causa, *quam Arthritidis*.

*Sexus virilis.*—Non tam statuo, prævalentiam hæreditariam esse potentiores in hominibus ac fœminis, *quam*, causas remotas quæ ad morbum patefaciendum sunt necessariæ, alacriores uberioresque, in illis esse. In fœminis quoque, organum menstruum sæpe ad statum plethoricum, remedium præbet. \*

\* Arthritis fœminis raro occurrit, ante menstruorum cessationem. Hippocrates hanc opinionem exprimit, Sect. vi. Aph. xxix.

Arthritis tamen non tam infrequens est in foeminis, quam aliquando dicitur. Heberden ait, “ multo minus opportunæ sunt huic “ morbo quam viri; neque tamen rarum est, “ ut foeminæ quoque podagra tententur. Me-“ mini Arthriticorum parentum liberos om-“ nes, hoc domesticum malum vitasse, præter “ unam e filiabus.”

*Status animi.*—Irregularitas affectionum, vel excitantium, vel deprimentium, per impulsum in systema nervosum, cor, arterias, muneraque digestionis præsertim, vim cau- sarum aliarum valde adjuvabit, et identidem, prædisponere vel excitare, per se, sat erit.

*Studium rigidum,* \*—non solum ut defec- tum exercitationis complectens, tarditatem et irregularitatem in horis quiescendi, ac dor- miendi, cum imperfecta concoctione comi- tante; sed per impulsionem super sistema

\* Ambo domini Pitt, arthritici admodum mature erant. Pater nunquam vino, neuterque Veneri deditus,

nervosum, a nimia actione cerebri, id genus irritabilis debilitatis producit, quod proclivitatem ad Arthritidem vehementer auget. Sydenhamus equidem ait, “ Hic morbus per paucos *insipientes* occupavit unquam.”

*Cibus animalis*,—nimie sumptus ex indulgentia mala (et etiam longius, si multigenus, vel vitiose coquinatus sit) ventriculum opprimit, atque processum concoctionis prorsus urget, extra quod ejus valetudo preferre potest. Hinc, redundantia sanguinis producitur, et assimilationis forte insalubris; ita ut fundamentum solidum status *vere* plethorici, ponitur.

*Liquores fortes*.—Horum, *vinum* noxissimus videtur; \* forte, quia una cum irritatione ardente, ad acrimoniam generandam in pri-

(*ut fertur*) sed valde *studiosi* fuerunt. Vide Van Swieten de mathematico, Sec. 1258. in commentariis.

\* M. Liger (*Traité sur la goutte*) contrariam opinionem defendebat, sed scripsit, ut theoriam ejus *mucilaginis*, quasi causæ proximæ, tueretur.

mis viis, præcipue tendit; ad quam, Arthritici, maxime proclives sunt. Vis levium et ascesentium vinorum, atque liquorum debiliorum, ex fructibus nostris, \* qui ad fermentationem acetosam, in ventriculo facile tendunt, omnibus cognoscitur.

*Van Swieten* notat, † Batavos parum de hoc morbo scivisse, priusquam *vino*, gratum potum cerevisiam, mutaverunt. *Linnæus* quoque homines Lapponiæ, ruricolasque multis Suediæ, qui liquores fermentatos bibebant, at nunquam *vinum*, Arthritidem *omnino ignorare.*

In *Glasgovio*, spiritus cum acido (*punch*) usitatior est vino; et Arthritide raro occurrente, ‡ laudem *præsidii*, propemodum obti-

\* Vide Huxhamum “de morbo colico Damnonio-“ rum.”

† Vide Comment. § 1255.

‡ Arthritis, certe multo rarius in *Scotia*, quam in *Anglia*, occurrit. Nonne hoc testimonium laudabile de bonis moribus incolarum, præbet? Homines ordinis infe-

net. Evidem minus ascens quam vinum est, magisque diureticus; at *virtutes* ejus, laudem minimam merentur.

*Exercitationis defectus*,—propensionem victus plenioris ac liquorum stimulantium, ad indigestionem plethoramque producendam, promovet, et accumulationem morbidam excitabilitatis nervosæ inducit.

*Plethora*,—conditio ad vim integrum causarum excitantium præparans, a tribus erroribus præcedentibus, *necessario* sequitur. Ea forma plethoræ, quæ, ex congestione in systemate *venæ portæ*, oritur, \* atque æqu-

rioris, qui liquorem, olim nominatum Usquebah (*Whiskey*) libere bibunt, et potissimum, farinariis et vegetabilibus, vescuntur, dyspepsiam severam acquirunt, sed *Arthritidem*, nunquam. *Diabetes*, ut mihi apparuit, magis in Scotia quam Anglia, valet.

\* Arthriticos multos, magnopere obnoxios hæmorrhodi, cognovi; quosdamque, frequenti ac copioso profluvio hæmorrhoidalii; quod, multum cum symptomatibus paroxysmi, reciprocavit; et nonnunquam eum *repræsentare*, videbatur.

pondium mutatum circulationis generalis efficit, ad observationem meam, *maxime* prædisponens est.

*Viscera chylopoietica morbida*,—agrū latum investigationis præbentia, dyspepsiam nempe, actionem insalubrem hepatis, secretiones alimentarias generales vitiatas, &c.

*Excessus Veneris*,\*—ab exinanatione insolita nervosæ energiæ, multam debilitatem *irritabilem* producit; primitus, cerebri functiones comminuens, et secundo, organorum digestivorum, reliquique corporis.

Variæ aliæ causæ prædisponentes memora-

\* Arthritis salutabatur a Græcis poetis, quasi filia Bacchi et Veneris.

“Λυσιμελες Βακχος, και λυσιμελης Αφροδιτης,

“Γενναται θυγατηρ, λυσιμελης Ποδαγρα.”

Et ita distichon Latinum.

“Ut Venus enervat vires, sic copia vini,

“Et tentat gressus, debilitatque pedes.”

tu dignæ sunt; quales, mutationes cœli subitæ,  
frigidus humidusque habitationis situs, &c.

**CAUSÆ EXCITANTES.**

*Intemperantia nimia*,—vel in cibo conditio-  
ri, vel concoctu difficiili, vel liquoribus forti-  
bus, vel usitatius, helluatione permixta;—li-  
quor stimulans, addens diathesin ex inflam-  
matione ad plethoram.

*Excessus bilis*,—et prout libera excretio  
ab organis biliosis obstruitur.

*Aciditas*,—ubi multum in ventriculo, \* et  
intestinis accumulatur. Liquor acidus, quem  
sæpe vidi evomitum, initio paroxysmi præ-  
sertim, viridis fuit plerumque, semper cum

\* Medic. Obs. and Inqu. vol. I. 43.

Inducor credere, in hoc genere fluidi, quod in casu  
memorato ut supra \* tantum valebat, pauxillum bilis  
adesse, et acidum esse aceticum. Forte, color viridis,  
tali admixturæ, attribuendus est. Ad nonnulla experi-  
menta de hoc acido, Vide “Annales de Chimie,” Vol.  
lx. p. 280. &c.

muco admistus, acerrimusque ad sensus ægrotantis. Productio ejus cum ullis hominibus, et haud raro, in statu debilitato, irritatoque ventriculi, occurrit; cum cibus quid vegetabilium continens, non bene fuerit concoctus.

*Redundantia acidi urici,—*vel prædisponens, credo, vel excitans æstimanda, ad quantitatem secretionis; et forsitan, ad multas circumstantias, adhuc minime compertas. \*

*Frigus, humorque,—*ad corpus in universum adhibita, vel ad extremitates inferiores tantummodo, præcipue cum defatigatione conjuncta; et actionem regularem cutis repente reprimentia, energiamque nervorum exhauientia. Expositio ad ventum septentriionalem, orientalemve, ad incitationem interdum sat est.

\* Ad multam speculationem acutam de hac re, Vide Forbes, "On Gravel and Gout."—et Parkinson, "On "the Nature and Cure of Gout."

*Insolatio*,—aliquando aggressionem morbi inducit.

*Injuriæ*,—per distortiones, concussions, contusions, vel ullam vim mechanicam, *proxime* adhibitam ad partem Arthritidi obnoxiam, aut *remote*.

*Affectiones*.—Quanquam in casibus plerisque ab auctoribus enarratis, fortes affectiones animi, potius famam *medendi*, \* quam opprobrium Arthritidem *efficiendi*, obtinuerunt; tamen illas paroxysmum *subinde* ciere, est credendum. Quantum comitantur, Sydenhamus valide declaravit (p. 12.). Conditio animi, scimus, semper valentem directamque impulsionem in appetitum ac concoctionem habet, certeque actionem hepatis secernentem maxime efficit. *Poeta*, zelotypiam depingens, hoc notavit;

“ Difficili bile tumet jecur.”

\* Falconer “ Upon the Influence of the Passions, on the Disorders of the Body.” p. 92. et alibi.

*CAUSA PROXIMA.*

Si, ut ego ausus sum, externa indicia ut pote evidentiam *necessariam* Arthritidem adesse, consideremus; actionem vasorum ac nervorum *peculiarem* esse causam proximam dici potest; quia talis actio mutata, symptoma proxime antecedit: At de prævia quæstione, aut, quæ unica conditio *essentialis* systematis sit, atque utrum, quanam tali causa *specifica* sit opus, ad morbum producendum, (seorsum a structura hæreditaria) auguria mea tradere, omitto.\*

Præstat certe *ignorantiam* agnoscere, quam fidenter, et quasi *veritas certa*, ullam opinionem non probatam, assumere, quomodounque acutam; etenim proculdubio, multa gravia incommoda, a cogitationibus falsis super

\* Aritæus declarabat, causam *proximam*, solum *Diis cognitam* esse.

hac re fuerunt exorta. Concretiones Salinæ quæ identidem occurrunt, fundamentum præcipuum, \* plerumque, doctrinæ materiei morbidæ, fuisse videntur, ab *Hippocrate*, usque ad tempus præsens. Hæc “materies morbi,” ab omni auctore novo, varie contemplata fuit; atque innumeræ appellationes assumpsit. †

#### RATIO SYMPTOMATUM.

Haud multum differens a natura ultimæ, et proxime cognata *difficultate*, præsens quæstio in conspectum venit; at quoniam momentosas quasdam considerationes complectitur, et tanto perscrutari potest, animadversiones paucas, submisæ proponam.

\* “Gutta dicitur ex absurda veterum hypothesi, qua, “ab humoris cuiusdam stillicidio, in articulos facto, eum “dolorem oriri putabant.” Sauvages Nosol. Method. vol. II. p. 19.

† Humor biliosus, mucilago, sal tartareosus vel urinarius, terra, alkali volatile, æther, pars superflua chyli, &c.

Hunterus notat, \* “ The inflammation of  
“ the gout is very different from the adhesive  
“ and suppurative in its sensation.” “ Local  
“ inflammations depending on the constitu-  
“ tion seldom or ever suppurate. (p. 353.)”  
Hæc ultima observatio fortasse est nimis ex-  
tensa.

Perpetua absentia suppurationis in inflam-  
matione Arthritica, licet ad texturam parti-  
um affectarum, maxime referenda, hac con-  
sideratione *omnino*, non explicari potest.  
Causæ variæ concurrunt; sed a quibus cir-  
cumstantiis phænomenon *vere* pendet, non  
facile dijudicatu est. Vasorum actio inflam-  
mationem ciens, ut appareat, ab effusione co-  
piosa seri in membranam cellulosam, valde le-  
nitur; et fieri potest, ut vasa hoc modo, sine  
suppurationis *necessitate*, subleventur. Vide-  
tur etiam, plus magnæ *nervosæ* + actionis,

\* “ On the blood, inflammation.” &c. p. 266.

† Propensio quam arthritis habet, ut ad intervalla redi-

quam veræ protractæque *inflammationis*; et non ut in phlegmone, actio arteriarum, progrediens, et incessans, ex inflammatione, usque dum *suppuratio* eveniat. Dolor exacerbationes et remissiones habet. Tenera et apprime sensibilis conditio partium, vere insignis est; ita ut ægrotus, quemadmodum Sydenhamus ait, "nec cubiculi a fortiori ambulatione concussionem fere valeat."

Reor, tum in arthritide, tum etiam in rheumatismo, inflammationem, et actionem morbidam distinctius *capillaria et nervosa* esse, quam in phlegmone. Actio continuata *majorum* ramorum arteriarum, necessaria est, ut videtur, ad eam morbidam functionem capillarium, quæ abscessum producit, et secretiōnem lymphæ coagulabilis. Sed porro notandum, *resolutionem perfectam* in Arthritide, non

ret, (dispositio non tam signata in ulla siliarum Phlegmasiarum) ostendit quantum natura generalis morbi, ad sistema nervosum referenda; in quo, leges habitus terminantur. Hoc mire demonstratur a Culleno.

semper fieri, ut concretiones salinæ demonstrant. Hoc phænomenon, attentionem sedulam meretur. Nisi appareret, secretionem hujus materiei, in nullo casu unquam abesse, circumstantiam fortuitam esse, et minime ad morbum *essentialēm*, litigari potest. Conclusio positiva colligeretur, si ejus excretio a superficie affecta, semper fieret, certo quodam tempore paroxysmi; et concretionem tantum sequi, dici posset, cum hæc excretio imperfecta sit, actiove absorbentium deficiat.

Actio fortis ex inflammatione, non necessaria ad hanc uricam productionem videtur, accidit enim nonnunquam *iis*, quos arthritis acuta, *nunquam* lacesivit. Addam, nunquam in cyste contineri.

Analogia inter *arthritidem* et *nephritidem calculosam*, frequenter annotata fuit. In *aliquisbus* congruere certum est; sed præter differentiam ex oppositis officiis conformatiōnum relativorum, tempore valetudinis, necessario nascentem, pathologia generalis multifarie va-

riatur. De formatione arthriticarum concretionum, *duæ hypotheses* solum, ut videtur, proponi possunt.—*Vel*, in utrisque morbis, existere in systemate, redundantiam illius uricæ materiae, quæ sæpiissime, occasionem ad calculos urinarios formandos præbet, *semperque* arthriticos; *et hoc*, relationem quæsitam\* constituere; —*vel*, sine hac existimatione, actionem secernentem partium diversarum sub morbo, (renum nempe in nephritide calcuosa, *vasorumque exhalantium* membra arthritici) aliquatenus *istiusmodi* esse, ideoque *similem* productionem

\* M. Barthollet memorat, “ Par de nombreuses observations, que l’acide phosphorique (qui est toujours dans l’urine, combiné en excès avec une terre calcaire) est naturellement, en beaucoup moindre quantité dans l’urine des personnes sujettes à la goutte, et au rhumatisme, que dans celle des personnes qui jouissent d’une bonne santé: mais qu’aux approches d’un accès de goutte, et pendant cet accès, l’urine contient autant d’acide phosphorique, que celle des hommes d’une forte constitution, et beaucoup plus qu’elle n’en contient, dans l’état ordinaire du goutteux.” Le Journal de physique. Avril. 1786.

formare posse. Prima hypothesis contradictioni obnoxia est, nempe, nullam probationem esse, acidum uricum in systemate, præter secretionem existere; et si vero adesset, nullam esse causam manifestam, cur non semper secerneretur per *renes*, glandulas obvie designatas ad materiem salinam secernendam; aut quare, super vasa secernentia articulorum, vel partium aliarum distantium, *injiceretur*. Altera hypothesis *verisimilior* mihi videtur. Depositio materiei concretionum, non considerari potest occurrere, sine actione morbida vasorum, a quibus depositio fit: et *hoc* equidem videtur phænomenon *notissimum* omnium quæ in arthritide occurruunt. Actio vasorum nervorumque partis arthriticæ, a compluribus ipsarum causarum, quæ valde dirigunt secretionem renis, afficitur; et ex his, acidum alimentarium fortasse maxime sit insigne. \*

\* Forbes et Parkinson, multa argumenta meis simillima, exhibuerunt, et conclusiones suas ad *causam proximam*,

**DIAGNOSIS.**

Arthritis, sine difficultate, a *rheumatismo* usitate distinguitur, remissionibus evidentiis in febri et dolore; inflammatione magis *solitaria*; intumescentia majori a distentione membranæ cellulosæ cum seri effusione (vestigiis digitorum a compressione quum inflammatio discedat); valde rutilo colore superfici ei; turgescientia venarum adjacentium; acutiori sensibilitate ad pressuram, sensu oppres sionis ac stuporis, atque immobilitate fere tota. Distinctio aliis argumentis, eandem vim fere habentibus, adjuvatur;—ætate ægroti nempe, constitutione parentum, rebusque ad morbum ducentibus.

Ab *Erysipelatae phlegmonides*;—situ altiori, plerumque inflammatione minus late se dif

*mam, extra cognitionem nostram præsentem, applicaverunt.*

fundente, partesque diversas occupante; vel si quando Erysipelas communes situs Arthritidis afficiat, non usque eo, sensationes insignes jam memoratas, producit.

*A Phlegmone;*—a signis externis antea descriptis; diverso progressu symptomatum, circumstantiisque relativis.

### RATIO MEDENDI SYMPTOMATA

#### PRÆMONENTIA.

His, remedium interdum afferri potest, ut aggressio minax avertatur; atque ubi e statu systematis, impulsu periodico *consuetudinis*, aliisve circumstantiis, hoc non efficitur, paroxysmus mitior tractabiliorque fiet, previa amotione causarum evidentium irritationis. Hæc consideratio, potissimum sequentes intentiones, complectitur.

Constipationem removere;—alimentariam aciditationem e ventriculo intestinisque pur-

gare; ac ant-acidis, regimineque, \* formatio-  
nem ejus impedire.—Superfluam secretionem  
acidi urici prævertere, usu magnesiæ, † diæ-  
taque præcipue ex vegetabilibus. ‡—Excretio-  
nem bilis vitiatæ, catharticis mercurialibus pro-  
movere; functionesque secernentes hepatis,  
atque canalis alimentariæ, corrigere, dosibus  
parvis *non irritantibus* hydrargyri; §—adjuvans  
interea ventriculi vires, rationibus in dyspep-  
sia usitate adhibitis;—congestiones locales,  
cucurbitularum admotu, removere; hæmor-  
rhoidale profluvium provehere; et diathesin ex  
inflammatione, si valde prævaleat, sanguinem  
a brachio detrahendo, vincere. Postremo, et

\* Quendam hominem cognosco, qui semper a cardial-  
gia monitis obtemperat, et cum successu frequenti, se  
ad magnesiam optimamque temperantiam confert.

† “Home’s and Brande’s Expts.” Phil. Trans. 1810.  
Part. II.

‡ Woolaston. Phil. Trans. 1810. Part. I.

§ Ad multam argumentationem utilem de his principiis  
generalibus, Vide Abernethy, “On the Constitutional  
“Origin and Treatment of Local Diseases.”

ante omnia, *laedentia* habitum ægrotantis,  
*juvantibus* commutare.

### *RATIO MEDENDI PAROXYSMO.*

*Sydenhamus*, (tametsi nostram summam venerationem mereatur) fundatus practicas ejus notiones, super dogmata rigidissima pathologiae humoralis, certe *in dubium vocetur*;\*—de sanatione loquens, dicit, (p. 54.) “ in paroxys-  
“ morum interstitiis, non in ipsis paroxysmis,  
“ annitendum est. Cum enim morbi fomes  
“ non solum generatus, sed et in articulos  
“ jam ablegatus fuerit, sero nimis, vel ejusdem  
“ mutationem, vel eliminationem, per alias  
“ vias conabimur: cum non alia methodo fo-  
“ ras ejiciendus sit, quam ea quam natura  
“ præmonstrat, cui soli permittendus omni-  
“ no est.”

Nonne, quemadmodum in tractatione alio-

\* “ It is not a sacred disease. There will be no profanity in handling it freely.” Rush. vol. v. p. 162.

rum morborum, symbolum capiamus, “ *Tu-  
“ to, cito, jucundo?*”

Omittens indagationem modo, *quousque*, arthritis sit morbus fluidorum, solidorumve, *præsertim*, puto, omnem æquam inductionem postulare concedere;—*primo*, loco-systematicum morbum esse, cum certa externa demonstratione; et *secundo*, signa manifesta quæ paroxysmum vocamus, processum, conamenque naturæ, indicare, *ut systema sublevetur*.

Si hoc vero *semper* efficeretur, ut in *primo* paroxysmo, medicus, proprie quasi *Spectator* admirans, astaret! At revera, morbus non solum crebro redit, sed cum certo virium incremento; et conatus auxiliares “ *vis  
“ medicatricis*,” olim tam fausti,—tardi, irregularis, et sæpe *inepti* fiunt. Infelix æger ad claudicationem redactus, dolorem permanentem, multaque mala secundaria, sortem a Luciano delineatam, tandem patitur.—

“ Multæ formæ infortunatorum,

“ Meditatio pœnæ et consuetudo,

“Podagros miseros consolentur.” \*

Sub conditione *artificiosa* hominis, in cultu sociali, natura non semper potest, (raro equidem *permittitur*) uti prudentissimis, brevissimis, tutissimis rationibus sibi medendi. Spero nos in eam sat honoris collatuos, id malum quod *ab ea* medendum est, fideliter detegere quærendo; omnes indicationes ejus pro ducibus nostris sumendo, et quasi vere *ipsius servi* eramus, agendo. Vellem ut principium assumeret, *inhibitionem* paroxysmi a nobis tentandam, *progressionemque* interrumpendam, cum primum formetur, *nisi*, constitutionis conditio sit talis, ut *alicujus deterioris morbi* locum teneat; aut malum comminatum, *formidolosiusque* arthrite, prævertere expectetur.

Tractatio, ad prædisponentes excitantesque causas, quodammodo referenda est, quæ aggressionem induxerunt; tum etiam ad con-

\* Vide Versionem e Tragopodagra, Tom. III. p. 663, in Commentariis Van Swieten, §. 1273.

stitutionem individuam. De remediis generalibus, ad ordinem sequentem loquar.

*Detractio sanguinis a brachio.*—Cum diathesis ex inflammatione, pulsu pleno firmoque, cute ardente, exigua rubicundiorique urina, cum constipatione, plane notetur; *generalis detractio sanguinis* tum indicabitur, ratione habita (et ob quantitatem et repetitionem) *ad impulsum symptomatum omnium*; *viresque ægrotantis*, potius quam ad ætatem solum;—quæ dux fallax est, si per annos numeratos æstimetur.

In formanda opinione tamen, de utilitate hujus instrumenti agilis *commodi vel incommodi*, consideratio condigna, ulli impulsui causarum excitantium, debetur, quæ temporariæ transeuntesve vel aliis modis remotu faciles sint. Contra, *permagni interesse* æstimo, venæ sectionem cum apta sit, quam *maturime fieri*, quia magna depresso virium ex nimia irritatione systematis nervosi, cito producitur; et quando paroxysmi perfecte forman-

tur, utilitas remediorum nostrorum *omnium* minuitur; atque electio *hujus*, multo magis in dubium vocanda. Diathesin nervosam frequentius quam ex inflammatione valere, mihi est persuasum; itaque in *lancetta* non omnino credendum, ut in plerisque *aliis* phlegmatisiis.

Hoc principium generale recipiatur tum etiam exceptiones subinde occurrentes, ubi cum venæ sectione, indicationibus perspicuis quæ obveniant, *prompte* obtemperemus. Doctores Hamilton \* et Rush, † utilitatem hujus remedii in arthritide, summis laudibus extulerunt. *ob* *quem* *enim* *siquidem* *al*

*Emetica.*—Ex observatione mea, testimonioque aliorum, adducor ut probarem vomitum, ad remedium *initio* aggressionis; tum ut evacuans, tum etiam ad frangendam catenam paroxysmorum in *primis annulis*, utile. Vis, quam acidum (antea commemoratum) in ventriculo, habeat, ad excitanda vel exag-

\* “Letters on the Cause and Treatment of the Gout.”

† Rush’s “Medical Inqu. and Obs.” Vol. v.

geranda symptomata, talis est, ut curam sedulam postulet.

Doctor Small, \* in usu suo, administracionem emetici, præsertim *tartratis antimonii* laudavit.—Subinde, *cinchonam* postea adhibuit, quemadmodum in febri intermittente, vel remittente, fecisset; atque identidem, *cinchonam* cum antimonio, ut leniter purgaret, admiscuit.

*Cathartica*.—Usus liber et expeditus eorum, *magni momenti* est; et præter curam ad canalem intestinalem ordinandum, cuius utilitas *universe* agnoscitur, anxie contendo gratia operationis actuosæ in eum, paroxysmi initio, utpote *præcipuum* remediorum omnium. Auctor † nuper hanc positionem strenue defendit, putatque: “The efficacy of purgatives “ in Gout has been slighted, because the pro-“ per and effectual dose has not been given, “ or the proper effect or operation has not

\* “ Med. Obs. and Inqu.” Vol. vi. Art. xx.

† “ Sutton’s Tracts.” p. 213.

" been produced by their use." Iterumque (p. 201.) " It must not be considered that " cathartics do no good, because when given, " and not arriving at the quantum of opera- " tion, they do not subdue the paroxysm." Elaterium cum opio laudat, sed hoc, quamvis a sedativo restrictum, saepe nimis drasticum erit, reor, ut eligamus. *Sub-murias hydrargyri*, una cum salino, vel alio cathartico, ex magna parte anteferenda est, quia, præter *alia commoda ejus*, ad stimulandam excretiōnem bilis notabilem vim habet. In quibusdam conditionibus debilitatis, paucisque *idiosyncrasiis*, necesse sit anteponere cardiaca laxativa, ut Rheum atque Magnesiam cum aromaticis; Tincturam Rhei et Aloes, Ed. Phar. —cardiacum arthriticum Londinense, \* vel præparationes similes.

\* Compositum, credo, ex Rheo, Senna, Glycyrrhizæ extracto, et aromaticis, in alchole, et simile cardiaco arthritico *Boerhavii*.

*Sudorifica*,—videntur mihi dubia, quoniam ad debilitandum ventriculum tendunt;—nisi cum opio conjuncta, ut effecta stimulantia illius remedii, minuant. Superficies plerumque melius refrigeretur, libere humectando mistura tepida aceti et aquæ; potu frigidulo; cubiculo *bene ventilato*, cuius *temperies* apta sit.

*Anodyna et Sedativa*.—Opium, *perite adhibitum*, remedium est, non minus utile, quam potens, ad ærumnosissimum omnium symptomatum. Warner \* ardenter de solatiis sibi met allatis ex eo, disserit; et Sydenhamus usum ejus in dolore vehementi permisit. Doctor Sutton, una vice (quanquam non prorsus recte, ut puto, quum laxativum postea sumpserit) sanationem ejus *opio omnino* attribuit. Exinde hanc observationem fortem facit: “ In the use of this medicine also, it must be observed, that the benefit is not connected with a small dose of opium;

\* “ Account of the Gout.”

“ but the quantity is defined by its produc-  
“ ing a complete cessation of pain” (p. 216.)  
Doctor Curry de usu opii in molestissima  
eius ophthalmia, ait: “ Having remarked  
“ that the full effect of any individual dose  
“ of this medicine, is generally experienced  
“ in three quarters of an hour, from the time  
“ of taking it, I determined to repeat the  
“ same quantity (2 grains) *every hour* at far-  
“ thest, until relief ensued.” Tam frequens  
repetitio opii, tantum in dolore *sævissimo*,  
præscribatur; at ratio generalis obvia est.  
Debet esse regula, ut mihi videtur, a qua *ra-*  
*ro* decedendum, diathesin ex inflammatione  
et constipationem removeri, priusquam admi-  
nistraretur. Interdum, commode cum tinc-  
tura *digitalis* conjunxi; utroque libere utens.  
Cum opium in præparationibus usitatis, nimis  
stimulans sit, vel aliter non congruat, *Gutta*  
*Lancastria* probationem mereatur.

Narcotica minus valentia, \* singulatim vel conjunctim, aliquando utiliter adhibeantur, ad nervosam irritationem leniendam: sed in *acri dolore*, vis eorum non tam magna est, ut nostram fiduciam mereret.

Hoc loco, summum *Nostrum* nunc di-  
rum, animadvertis, *Péau Medicinale*;—nam  
quanquam fortis evacuantis frequenter effec-  
tum habet, puto id potissimum, operatione  
sedativa in sistema nervosum, symptomata  
removere. Potentia quam possidet ad pro-  
gressum paroxysmi *suspendendum*, mira est e-  
quidem! et quoniam sæpe hoc efficit, sine *ulla*  
actione sensibili super organa excernentia;  
inde ulterius argumentum habemus, quanto-  
pere Arthritidis symptomata, ex natura *ner-  
vosa*, sunt.

Observavi effectus hujus medicinæ, in pau-  
cis casibus. *Bis*, ubi diathesis ex inflammati-

\* Conium maculatum; hyoscyamus niger; aconitum napellus; humilis lupulus (vide Freake); camphor, &c.

one valebat, actio sedativa tantum levis fuit; neque *ulla* effecta *insignia* produxit. In cæteris, accessionem *statim* dimisit, ferme sine *ulla* obvia operatione, vel in organa excretio-  
nis, vel in ventriculum. Sed sat testimonii  
habemus quam *inconstanter* agit, et interdum  
cum violentia horrenda, sub conditionibus e-  
quidem ægri, non facile distinguendis. Ca-  
sus *fatalis* a *Ring* \* narratur, qui, ad *alterum*  
proditum ab alio auctore † alludit.

Objectio de ambiguitate præsentis actionis,  
quamvis permagna sit, vinceretur tamen faci-  
lius quam de *posterioribus* malis, ad quæ, hoc  
fallax medicamentum, procul dubio tendit.

Num, sub *quibusdam* limitationibus excep-  
tionibusque, confidentiam nostram mereatur,  
haud scio. Certus sum, ex mea observatio-  
ne de *remotis* ejus consequentiis, quotidiana-  
num usum, signatam damnationem postulare.

\* "On the Gout," p. 177.

† Adams,—"Med. and Phys. Journ."

Cum non proxime debilitat, *per vim* effectorum, turbatum statum systematis nervosi, relinquit. Tendit ventriculum infirmare, intestinorum actionem hebetare, alimentariasque secretiones minuere. In multis exemplis, defractum statum valetudinis induxit. Contenta unius phialæ, simul adhibita, usque adeo ventriculi hominis quem cognovi, tam prope paralysin produxit, ut per multos dies, stimulantia *fortissima*, vix sentiebat. Æger rime ad sanitatem redactus est, diuque in statu magnæ debilitatis, permanebat.

Doctor *Gregorius*, (summum oraculum in medicina) convictionem ad plenum, ex observatione sua, accepit, de noxiis propensionibus hujus medicinæ in arthritidem. *Unus* ægrorum suorum, victima, ad cholera quam produxit, pene occidit. *Alter* haud multo post usum, hydrothorace affiebatur. Ex hoc statu restitutus est. In aggressione insequenti arthritidis, iterum *l'eau Medicinale* temere sumpsit,—hydrothoraxque *rursus* subseque-

batur. Denuo, valetudine auspicato restitu-  
ta, prudens esse posthac instituit.

Addam, ut crebra repetitione, sæpe paroxys-  
mi fit *impos*, usque etiam ad *frustrationem*; et  
quoniam aggressiones frequentiores quam an-  
tea fiunt, *perparva* causa lætandi ægroto est  
in hoc remedio, etiam quum primo satisfaciat:  
*Medicusque*, qui e multis medicamentis, et  
tutis et efficacibus delectum possideat, nulla  
necessitate constrictus est, ut personam *Em-  
pirici* gereret.

Quædam alia medicamenta e regno vege-  
tabili, effecta de *l'eau Medicinale*, imitari di-  
cuntur. Medicus eminens me certiorem fecit,  
*Gratiolam*, mirabiliter hoc facere. Moore\*  
et Ring similiter, de *veratro albo*, consen-  
tiunt.

Suspicio, has medicinas quoque, ambiguas,  
sæpe violentas, et haud omnino tutas esse.

*Regimen*,—plerumque maximus abusus ar-

\* “On the Composition of the Eau Medicinale  
d'Husson.”

thritici est. Fugere omnem ardentem excitationem, a cibo, inhabili vel in quantitate vel qualitate, et præsertim a *vino spiritibusque*, res vero est maximi ponderis. Sub symptomatibus acutissimis, nutrimentum fluidum in toto, *instimulansque*, esse debet. Ventriculus debilitatus, cum infirmis facultatibus systematis, magis nutrienti sustentantique diæta, egebunt. Sed hoc, cum magna prudenteria, gerendum est. Cerevisia tenuis, *bona qualitate* (ut Sydenhamus præscribit) usitate gratissima potio est, et prorsus concedenda. Ubi vinum convenit, vetus *rubrum* credo, vel *Escuritanum* (sherry) maxime probandum. Vinum a *Madeira*, plerumque, plus habet aciditationis, quam vetus *Escuritanum*.

*Exercitatio corporea*,—Sydenhamus, (statu doloris sævissimi exempto) quotidianam excitationem in curru, etiam *initio* paroxysmi, strenue suadebat. Talis fortitudo raro exerceri potuit, et de ejus utilitate dubito;—at, sat testimonii habemus, quoisque rigiditas et

infirmitas, tempestivis moderatisque conatibus,  
ac quiescentiam lecti interdiu evitando, im-  
pediuntur.

*Van Swieten,* \* hoc, de saltandi magistro, ju-  
cunde enarravit; cuius familia numerosa, non  
multum otii *ad fovendum* arthritidem per-  
misit.

*Doctor Small,* cum primum inflammatio  
subsiderit, perambulavit; exprimitque † sen-  
tentiam suam, “ That nine in ten of gouty  
“ cripples, owe their lameness more to indo-  
“ lence and fear of pain, than to the genuine  
“ effects of the gout.”

*Animus.*—Casus diversi, qui dicuntur cura-  
tum fuisse a vehementioribus affectionibus,  
sunt, ut Doctor Falconer notat, “ rather mat-  
ters of curiosity than utility, and what we  
“ can make no application of in practice.”  
Curandum ut *sedemus*, potius quam *excitemus*.

\* Comment. §. 1261.

† “ Med. Obs. et Inqu.” Vol. vi. p. 200.

ullas violentas animi perturbationes, quæ tam  
fœcunde a morbo ipso nascuntur. Non pos-  
sumus liberius fiduciam, spem, hilaritatem,  
tranquillitatemque inspirare; attentio quo-  
que recreanda est.

*Fortitudo*,—vim habet, æque valentem, uti-  
lemque, in systema nervosum; et inter op-  
tima remedia ægrotantis (si forte adhibeat!)  
in paroxysmi asperitate, aptissime numeretur.  
In definiendo operationem ejus, breviter, di-  
cerem, sævas sensationes e corpore mitigari,  
alias, ex animo intus, vel a rebus externis,  
eliciendo; et bonum effectum respondere vi-  
gori *relativo* sensationum novarum, ejusmodi,  
ab hac *indirecta* actione voluntatis. Procul  
dubio, *veræ philosophiæ* munus, magis eligen-  
dum quam incantamenta superstitionis vete-  
rum; utpote artifia super imaginationem  
adhibita \* cum effectu vere mirifico.

\* Falconer, p. 95.

**REMEDIA TOPICA.**

*Hirudines*,—in casibus nonnullis, detractioni sanguinis generali anteponendæ sint; at reor praxin plerumque, valde ambiguam esse. Utiles fiant in gradibus provectionibus, ubi actio ex inflammatione distinctius localis morbus est; et fortasse etiam, si injuria, *externa*\* causa, excitans fuerit. Modo generali, si sanguinem detrahere in remedium constitua-mus, puto e *systemate* faciendum. In paucis casibus, hirudinibus prius adhibitis, vidi inflammationem ad alterum membrum citissime transire: ita indicantem, actionem *constitutionis* interea progredi. Addendum est, me non cum illis consentire, qui indiscretum

\* “ It is probable that the Gout is not always an act of  
“ the constitution, but that parts may be so susceptible,  
“ or rather disposed for this action, that they may im-  
“ mediately run into it when deranged.” Hunter on the  
blood, &c. p. 268.

usum hirudinum in inflammatione arthritica, praxin innocuam esse, arbitrantur. Subinde, diuturnam topicalam debilitatem succedere, conspexi, quæ æque ad effecta earum, præcipue fuit referenda. Positio ponitur nimis universe, et nimis fortiter a *Ring*, qui dicit, “local bleeding is necessary in some cases, “and advisable in all.”

*Vesicatoria et irritantia.*—Nullam experientiam in hac serie remediorum habeo. Culenus (par. 565. 566.) de vesicatoriis ut efficacibus, sed interea periculosis, loquitur; atque eandem opinionem de *urticatione*, exprimit. Exustio a *Moxa* (modus cauterisationis apud *Sinas*) pro more epispastici cruciantis, existimanda. Gulielmus *Temple miles*, curationem prodit, quam *ab ea* accepit. \*

Vellem opponere cuivis praxi hujusmodi in arthrite acuta, ne nervosa irritatio gene-

\* Sinclair's “Code of Health and Longevity.” Vol. iv.  
p. 350.

ralis *augeretur*, sine ullo pari locali commodo, quod non alio modo, *melius* obtineri posset. In tumoribus perdurantibus et inertibus, tum etiam in fixis doloribus arthritidis *chronicæ*, vesicatoria forte utilia sint. Hanc asseverationem a Musgravio \* peculiariter habemus; et Rush de applicatione eorum in Arthritide, *generaliter*, cum magna commendatione loquitur. Stevenson et Williams etiam, vesicatoria suadent. Hippocrates, exustionem cum *lino crudo* in articulorum affectorum vicinitate, adhibuit. Catalogus copiosus applicacionum *ridicularum*, in compendio Sydenhami (p. 64.) ex Luciani *τραγοποδαγρᾳ*, instruitur.

*Calor.*—Variae inventiones, † ut calida tegmina ad perspirationem producendam subministrarentur (aut in lingua pathologiæ humoralis, ad eliciendam depositionem, et emissionem *morbidæ materiæ*) quamvis dictatae pru-

\* De Arthritide Anomala p. 23.

† Lana compta, “ Socks and Bootikins,” (vide “ Gardiner on the Gout”) &c.

dentia sæculorum, (ut putetur) pessima pars vero praxios antiquæ videntur; morbum tardiorum efficientes, debilitatemque subsequenter, et localem, et systema pervadentem, diu durantem.

*Cataplasmata*,—semper innocua existimata fuerunt, et a nonnullis auctoribus, magnopere commendata, varie *medicata*. \* Utilitatem haud aspernandam, crebro percepit, a simplici cataplasmate e pane, ferventi aqua perfusa; adhibito tepido, et frequenter redintegrato.

*Frigus*.—Praxis Doctoris Kinglake (at quod tantus ab Hippocrate † desumpta) videtur merito decidisse in æstimatione eorum, qui primo provehebant. Certe ab eo, cum prodiga fiducia inducebatur, e principiis arctissimis, et cum parva puritate argumentationis.

\* “ Pulticula ex pane similaginis cum croco, in lacte cocto, addito postea oleo rosaceo, in pauca quantitate, mihi olim præ cæteris profuit; quæ tamen in paroxysmi initio, nihil prorsus juvabat.” Sydenh. p. 62.

† Aph. xxv. Sect. 5.

Licet expectationes nostræ, casibus numerosis in *Appendice* auctoris animentur, conclusiones exinde *caute* detrahendæ. De effectibus *remotis*, paulum aut nihil pro certo habemus:

Doctor Sutton, de hac re, notat; “The frequent returns of the paroxysm afterwards, have tended to diminish the number of the advocates for this mode of treatment.” Tendit præterea, potius *transfere* quam *sanare*; et nonnunquam translatio ad organum *vitale* fuit. Producta applicatio multi frigoris in arthritide, perniciosum *ictum* systemati nervoso fortasse communicat, (sensibilitate ejus nunc tam adacta) actionemque sympatheticam ventriculi, vel alicujus alias organi, ad morbum excitat.

Nihilominus, mihi persuasissimum est, trac-tationem localem, quamvis generali, consideratio vere secundaria sit, *momentosam* esse. Quo, symptomata localia mitigamus, eo, sub-venire irritationi generali tendimus; et apta

tractatione nostra, fabricam partium, quæ sunt  
essentiales usui commodoque, protegimus.

Exhaustio inflammationis, magis *per gradus*  
progrediens, ac modo leniori quam per acre  
frigus, fortasse, incommodis ejus careat. Ad  
hoc, suaderem applicationem liberam alcoho-  
lis diluti, temperie *tepidæ*, per linteas com-  
pressas vel a spongia, continuari donec in-  
flammatio removeatur; et frictione succedi,  
primo caute adhibita. Evaporatio ab alco-  
hole producta, ut mihi videtur, tum *tempera-  
tione aquæ*, tum etiam *temperie adiuncta*, apte  
comprimetur. Utilem stimulationem absor-  
bentibus, a spiritu expectemus. Loqui *gene-  
raliter*, considerarem unam partem spiritus  
rectificati, et a tribus ad quinque partes aquæ,  
mensuram pro rationibus; et ullam temperiem  
a 70 ad 80 *Fahr.*, ad sensus ægroti jucundissi-  
mam. Ut lotio sit in promptu ad utendum,  
vas apertum continens eam, in *alterum* inda-  
tur, in quod aqua fervens funderetur, ubi lotio  
requiratur, ut ad idoneam temperiem calefiat.

Dum dormitur, partes si valde teneræ ac inflamatæ, cataplasmate molli ex pane operiantur; vel aliter, amictu ullo levi, qui gratis simus sit.

Ad sententias quas exhibui, \* æquius sit hanc tractationem topicam, quamquam cautam (ut mihi videtur) in diem biduumve differre, donec aliquis effectus satisfaciens, a remediis systema affectantibus, productus fuerit.

Objectio momentosa, contra interpellationem paroxysmi existens, a praxi, vel sistema totum vel locum præcipuum affidenti, quam tam frequenter notavi; nempe, citius revertere; huic *conunctæ* rationi medendi, quam conatus sum defendere, ut spero, minime ad-

\* Nulla opportunitas nuper mihi occurrit, ut hanc tractationem in arthritide tentarem; sed multum profuisse eam expertus sum, in inflammatione, et a rheumatismo et ab erysipelata, orienti.

In casu delicatissimo *erysipelatatis infantum*, in quo, inflammatio cœpit a temporibus, totumque corpus pervasit usque ad pedes, irritationem permagnam producens, comoda hujus applicationis, quemadmodum notavi, valde perspicua fuerunt.

hærebit,—omni cura extensa interea, ad tempestatem convalescentiae et valetudinis.

In tractatione Doctoris Kinglake, effecta non modo nimis *repentino* producuntur, sed etiam ubi prosperrima, commoda *arctiora* sunt, et ut puto, revera *fallacia*; sanatione potius locali quam ad constitutionem pertinenti: —cum, rem duplicem, nos oportet semper in oculis habere, efficiendam.

### DE CONVALESCENTIA.

Cum paroxysmi tractatio rite gesta fuit, vires revertentes ventriculi plerumque *coërcitionem* ab ægro, potius quam *incitationem* a medicina, exigent; atque regimen, exercitatio que, cura præcipua convalescentis esse debent. Stimulando appetitum ultra vires concoctionis, ventriculo noceremus; et re ipsa, induceremus eum statum plethoricum, cui, sedulo *obstare* debemus. Excessus sanguinis in systemate debilitato vasorum, ad multa

mala \* *pejora* arthritide, tendet. Hinc ea certe, de pulvere *Portlandico* † memorata;— *annalibus medicaminibus* proditis a Cœlio Aurelianio, et antidotis similibus. Vere dicatur, ut si amara, aliave tonica postulentur, duratio eorum arctos fines haberet.

Sedulo regere canalem intestinalem, inter prima officia est; ægrumque in exercitacionem se conferre oportet, quousque potest, et ut cœlum sinat.

Cum nullum periculum inflammationis remaneat, instauratio flexibilitatis vigorisque partium, juvabitur pediluvio tepido ex aqua salita, subinde, una cum frictione nocte manequ. Ad rem posteriorem, oleum ut *medium* est conveniens, aliterque prosit. ‡ Ubi debilitas tam magna est ut œdema stabile permane-

\* Vide “ Cadogan on Gout,” et Cullenum “ Par. 557.”

† “ Med. Obs. et Inqu.” Vol. i. Art. xiv.

‡ Vide epistolam a Domino Blair, Ring “ On the “ Gout,” p. 55.

at, usus alicujus linimenti stimulantis, frictio-  
ni assiduæ addendus est, tum etiam auxilium  
fasciæ circularis.

Electricitatis aut Galvanisationis applicatio  
ad partes affectas, saepius remedium eximum  
dicitur, ad promovendam vim nervosam, quæ  
usitate admodum debilitata relinquitur.

#### *DE PROPHYLACTICE.*

Hæc consideratio gravis, vere *volumen*  
potius quam paginam, meretur. Conspectus  
ejus prospectat et retro-spectat. Qui ar-  
thritidem a hæreditate expectent, anxi-  
am rationem valetudinis habere maturi-  
us doceri non possunt, neque colere optimos  
habitus diutius. Quanquam aura popu-  
laris ad morbum non tam valens sit, quam  
Heberden in suo tempore descriptis.  
“ Quem  
“ exoptant ii, quibus est incognitus; de quo  
“ etiam gloriantur, qui se jam ab eo occupa-  
“ tum iri autumant; quem autem serio deplo-

“ rant, quotquot cum hoc acerbo malo revera  
 “ conflictantur.” Homines attamen in philosophia practica, hac ætate luxuriæ, non magis versantur. Licet sit morbus præcipue “ eorum  
 “ qui volunt habere,” frequentia ejus usque progreditur.

Quum Arthritis aggressionem fecerit, sanatio permanens equidem restat cum ægro solum; et si sapienter medici officio in se perfungatur, impeditio fere certa sibi ad arbitrium erit. Incasibus quibusdam martyrii arthritici, subita infelicitas \* facta est vere fortunata! Etiam impulsio habituum noxiorum, alacri exercitatione laboreque, maxime impeditur. Arthritis casam humilem pauperis rarissime visitat, atque cum Virgilio exclamare possumus;

“ O fortunatos nimium, si sua bona norint

“ Agricolas !”

*Georg. II. 458.*

In casibus plerisque, credere volo, ut,

\* Vide Comment. Van Swieten, §. 1255. et Rat. Syst. Med. Hoffman. Vol. v. p. 518.

cum exercitatione regulari in aëre salubriteris, curaque generali, moderatio in diæta animali, potius quam abstinentia rigida, æquam prosperamque \* assertionem ad securitatem, præbuerit. In *constitutionibus nonnullis*, prædispositio, cum diathesi plethorica et ex inflammatione, tantum valet, ut utile, vel etiam necessarium fiat, actiones systematis mutare, adoptione diaetæ, ex lacte, † vegetabilibus, fructibusque, constantis,—adeo ut in verbis Sydenhami, “ vero corporis habitus omnis, “ alio traducendus est, atque homo integer “ deinceps, quasi nova incude refingendus.”

Pauca sunt exempla, credo, in quibus, desuetudo tota omnium liquorum ex fermentatione, non prudens commodumque esset.

\* Possum citare de hoc, unum clarissimum exemplum, in homine diu severeque arthritidi obnoxio, qui biennium ab omni aggressione exemptus fuit, dum liquores fermentatos omnino deseruit; at quamvis in diæta cautus sit, cibum animalem non interea sibi denegat.

† Lac asinimum, ab Hippocrate, Celso, Plinioque, in arthritidis sanatione, magnopere laudabatur.

Gradus secundarius prudentiae est usus moderatus vini aqua diluti,—et denique, ii quibus vinum non negandum (vel qui non abstinebunt), *parce*, atque optima aetate et qualitate, uti debent.

Exercitatio, et ambulando et equitando, \* permagni interest. Pretium *equi* in morbis chronicis, a Sydenhamo non nimis dilaudatur. (p. 52.)

Puto auctores nonnihil errare, exercitacionem vetando quæ fatigationem produceret; et fortasse vocabulum *exhaustio* potius est utendum. Ad requiem profundam fatigatio est necesse; ac nervosi inertesque, potius *calcare* quam *fræno*, indigent.

Usus frictionis † est magni momenti, iis

\* Vide Woolaston “On the salutary effects of riding and other modes of gestation.” Phil. Trans. 1810. Part. 1.

† “Desault cite un example connu à Bourdeaux d'un viillard centenaire qui trente ans avant sa mort, s'etoit garanti et gueri de la goutte à la quelle il etoit fort sujet auparavant; en se faissant brosser et frotter chaque jour, soir et matin, avec une main garnie d'une mitaine de laine.” Barthez. Tom. i. p. 194.

etiam qui exercitationem habeant; at iis qui non habeant, pernecessarius est, et Gulielmus Temple miles, de hoc remedio, quodammodo vere dixit, "No man need have the gout, "who can keep a slave."

Utilitas, extremitates inferiores in statu siccitatis teporisque jucundi, conservandi, non aestimari nimio potest. Causarum externarum nulla forsitan vim habent majorem, et ad prædisponendam et excitandam arthritidem quam humiditas perdurans ad pedes. \*

Comoda quæ invalido diu vexato arthritide inveterata adveniant, migratione ad calidiorrem æquioremque regionem sua, non minus lucide quam eleganter, demonstrata et illustrata fuerunt, a Doctore Gregory, *vere illustri* medicinæ Professore, in dissertatione ejus inaugurale. †

Auxilium lætum *aquationis* (a watering

\* Vide Boerh. Aph. 1255.

† "De Morbis Cœli Mutatione Medendis." Edinb.

place) ubi horæ regulares, “labor ipsa voluptas” exercitationis, diæta ample temperata cum aqua (ut regimen loci usitate postulat), ususque balneo lavandi, multo judicio exercitatus, comprehenduntur—quoque invitationem magni momenti offert: et *Bathonia*, *Bucostenumve*, fortasse, in aliquibus præcipuis indicationibus, commodissime frequentetur.

Oportet me residuum argumenti mei, cum “calamo currente” tantum, pertransire;—jam, vereor, terminos modicos omnino transgressum.

#### *DE ARTHRITIDE CHRONICA.*

Hæc species morbi, secundum signa jam tradita, frequentissime acutæ successisse appetit; cum paroxysmi crisin non formarunt.

Causæ quæ hanc sequelam producant, sunt variæ;—ut infirmitas systematis generalis vel membrorum tantum, (quemadmodum in senectute præmatura,)—nimia cura in parox-

ysmo dum expositio incauta subsequitur; aliave mala administratio. Interdum, ubi forma acuta *nunquam* extitit, occurrit. Exempla hujus generis, frequentius inter fœminas quam homines, inveniuntur; ex causis remotis in illis, minus faventibus evolutioni perfectæ arthritidis. Haud difficile est intellectu, in nonnullis constitutionibus energiæ exiguae, approximationem ad veros characteres morbi, tantum fieri.

Arthritis chronica, cum rheumatismo chronico, crebro commiscetur; aut rheumatismus *separatim* afficiat partes, quæ arthrite debilitatæ fuerunt. Inter duos morbos affinitatis tantæ, discrimin in praxi sæpe est difficile;— et nunc diffidenter id conor in verbis.

### DIAGNOSIS.

Hæc cum aliqua probabilitate formetur, inquirendo an arthritis acuta præcesserit; nam *aliter* in hac forma imperfecta, arthritis raro occurrit; dum rheumatismus, særissime.

Ratio habita ad constitutionem parentum, opinionem nostram adjuvabit.

Uterque morbus, easdem texturas, tam plurimum afficit, ut conclusiones nostræ ab anatomia, solum sunt præsumptæ; at si “*lapilli-cretacei*” adsint, non dubitandum est. Præsentia vel absentia sympathiarum dyspepticarum, criterion non omnino certum \* est. Verum est plerumque tamen, functiones naturales, multo magis quam in rheumatismo chronico, esse affectas: et præsertim in constitutionibus, quæ sat actionis ad veram arthritidem producendam, nunquam suspicere potuerunt; aut cum aliis, qui in statum debilitatis generalis, sunt lapsi. Doctor Clerk, † cum magna fiducia, ejus distinctionem funda-

\* Quendam hominem nuper vidi, qui arthritidi obnoxius fuit permultos annos; et ab ultima aggressione, symptomatibus chronicis multum passus est,—appetitus tamen ac concoctio, ex magna parte, regularia, animusque hilaris est.

† “Edinb. Phys. et Lit. Ess.” Vol. iii. p. 442.

vit, “ on white ropy filaments floating in the  
“ urine, which when taken out of it, are  
“ pellucid, and when dried, turn to a kind of  
“ calx.” Mihi in dubium est de hoc, ut symptoma  
pathognomicum, atque eandem uricam  
mucosamque materiem (ut reor hanc fu-  
isse), et in rheumatismo chronico, et in ne-  
phritide calculosa, expectarem.

Affectio peculiaris, “ nodositas articulo-  
“ rum” nominata, a notis arthritidis chronicæ  
separatur, *plerisque* characterum sequentium,  
qui, a Doctore *Haygarth*, ad eum morbum  
atribuuntur.—Fœminis fere proprius;—sine  
febre;—tumidi articuli examinati, amplificati-  
onem *ipsorum ossium*, repræsentantes;—usi-  
tatius, immunitas integumentorum ab in-  
flammatione;—musculi etiam a morbo fere  
exempti;—et absentia urici sedimenti in uri-  
na, ut auctori apparuit. \*

Puto arthritidem chronicam, vix cum do-

\* “ Clinical History of the Nodosity of the Joints.”

loribus tumoribusque articulorum in syphili-  
de secundaria, confundi posse; de qua, multa  
concomitantia judicium nostrum dirigunt.  
In talibus affectionibus, symptomata progre-  
diendo semper augentur; multo minus, cau-  
sis levibus externis afficiuntur, diæta, statu  
animi; et plerumque signa quæ peculiaria  
sunt morbo, exhibent.

#### RATIO MEDENDI.

Indicationes nostræ, præcipue a statu vis-  
cerum chylopoieticorum, nervosique sys-  
tematis, deducentur. Informatio multa, ab  
observatione speciei excretionum variarum,  
nobis suggeretur. Principia generalia jam  
tradita, secundum intentiones præcipuas in  
casu, applicari possint.

Exempla sint, in quibus, aggressio acuta  
*desideranda* est;—at ratio hujus solicitandæ,  
considerationem *valde delicatam* postulat.  
Si inflammatio peragrans dolorque, fixa fiant,

sympathiæ morbidæ internæ sæpe sublevantur, vel etiam removentur; at sæpenumero, tale commodum non præbetur. “ Nova ratio medendi in rheumatismo chronicō, atque præcipue in sciatica,”\* illustrata in casu mirabili “ Domini C.,” considerationem nostram, in arthritide chronicā, æque mereatur.

Incommoda e concretionibus aborientia, ambulatione frictioneque, multum impediuntur; et ut pauci testantur, absorptio nonnunquam felicissime promovetur. †

Ut corpora aliena, irritationem ulcerosam, auxilium chirurgi postulantem, interdum producunt;—sed, ut Hunterus notat, “ They leave the parts not easily excited to inflammation; the chalk shall remain for years

\* Medico-Chir. Obs. Vol. iii. p. 311.

† “ Unde fit uti ipse-met expertus sum, quod exercitatio longa et quotidiana, non tantum non officit generationem tophorum, sed etiam tophos veteres et induratos solvit, modo, non eosque invaluerint, ut cutim extimam in suam substantiam mutaverint.” Sydenh. p. 52.

" without producing inflammation, and seldom produces it all, but from quantity."

### *ARTHRITIS RETROCEDENS.*

Hæc accedit, cum in ulla parte progressio-  
nis paroxysmi, symptomatibus repente cessan-  
tibus, vel repressis, a spontaneis fortuitisve  
causis,—vel *ab errore medici*, aliquod organum  
internum violenter afficitur.

Transitio *usitatus* ad ventriculum vel intes-  
tina fit; anxietatem, sævissimum dolorem,  
spasmata, vomitumque producens; necnon  
vita sæpius subito extinguitur. Aliquando  
cerebrum, viscerave thoracis afficiuntur.

### *RATIO MEDENDI.*

Si apoplexia, paralysis, asthma, aut inflam-  
matio cerebri pulmonumve, sequatur, praxis  
usitata adhibenda est.

Cum viscera abdominalia afficiantur, non

possumus *nimirum accurate* discriminare inter symptomata, quæ sint distincte nervosa et spasmodica, interque illa quæ cum inflammatione miscentur, cuius actio est periculosissima, amplamque detractionem sanguinis exigit. Abstractio *generaliter*, vel per cucurbitulas liberrime admotas, et vesicatorii applicatio super partem affectam, cum evacuatione copiosa intestinorum, si sit actio ex inflammatione, optima veraque praxis, mihi videntur.—Cum nulla inflammatio certe existat, post idoneam evacuationem a ventriculo, intestinisque, *opium*, in dosibus *aptatis*, remedium est præcipuum, fiducia dignum.

Conamen reducere arthritidem ad extremitates (vel fortasse, loqui accuratius, actionem morbidam ab organo vitali, remota excitatione, deflectere) cum magna prudentia fiat, calore topico,—fomentatione nempe, vel magis universe ad superficiem, balneo;—calido amictu membrorum, ullisve rationibus hujusmodi; et nonnunquam additione irritanti-

um, ut epispasticorum, aut sinaspismorum. Vereor tamen, tractationem stimulantem *intus*, frequentius laudatam fuisse,\* et, cum *pe-  
simis* effectis, saepe adoptari.—Equidem, in plerisque casibus, ut firmissime credo, talis praxis, pro expulsione morbi a partibus internis, (ut vulgo dicitur) tantum tendit *commo-  
rationem* ejus figere; et efficere, vel urgere *fatalem eventum*.

Valedicens nunc igitur meo argumento, spem foveo, me, tempore futuro, id resumpturum,—non prorsus inutiliter; cum major experientia, seriem ampliorem rerum, æqui- usque discriminem inter verum et falsum, monstraverit.

Longum iter per præcepta; breve et efficax per exempla.

*Seneca.*

† Culleno, “par. 580. &c.” et a multis auctoribus.

FINIS.

Excud. And. Duncan, }  
Acad. Glasg. Typog. }

